

# **Die Traditionen des Hochstifts Regensburg und des Klosters S. Emmeram (Ed. Widemann) Nr. 191**

Quidam igitur nobilis nomine Rodolt, regalis videlicet minister, una cum manu Adalonnae uxoris suae tradidit ad sanctum Petrum sanctumque dei martyrem Emmerammum proprietatem haec quidem, ut diximus, tradidit in manum Totonis et advocatorum eius Salemonis et Gundperti. Vestitores autem Berinhart et filius eius Erchinfrid et Heinrich vassallus Rodolti vestierunt haec eadem et transfuderunt eodem die in ius et dominationem sanctae Ratisbonensis ecclesiae regali donatione concessa supra lectum sancti martyris Emmerammi ponentes coram testibus in fine cartulae conscriptis, et postea idem vestitores easdem res vestientes dimiserunt in manus advocatorum Garharii, Salemonis et Ruponis et Heinrici ministerialis episcopi. Econtra cum manu iam sepe nominati episcopi advocatis Cundberto et Salemone acceperunt idem Rodolt et Adalonna de ea Testes Perinhart, Wolfker, Vvitagouuo, Dietperht, Vuicram, Horscolf, Engilberht, Strobo, Wicker, Heimrich, Salemon, Garheri, Folcheri, Erchanfrid, Hitto, Erchinberht, Engilrih, Otbreht, Richger. Vuichart, Gerbreht, Altman, Perahart, Suanpreht, Anthart, Hitto, Oni, Appo, Rumolt. Actum ad Reganesburch anno incarnationis domini DCCCC II.